Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Omnis unanimes in oratione estote: compatientes: fraternitatem amatores: misericordes: modesti: humiles: non reddentes malum pro malo: uel maledictum pro maledicto: sed econtrario benedicentes: quia in hoc uocati estis ut benedictionem hereditate possideatis. Qui enim uult uitam diligere et uidere dies bonos: coercat linguam suam a malo: et labia ei ne loquant dolum: declinet a malo et faciat bonum: inquirat pacem et sequatur eam: quia oculi domini super iustos: et aures eius in preces eorum: uultus autem domini super facientes mala. Et quis est qui uobis nocere: si bonemulatores fueritis? Sed et si quid patimini propter iustitiam: beati. Timorem autem eorum ne timueritis: ut non conturbemini. Dominum autem christum sanctificate in cordibus uestris. Dominica v. Pentecoste. Sancti Luca.

Illo tempore. Cum turba urueret in ieesum ut audiret uerbum dei: et ipse stabat secus stagnum genesareth: et uidit duas naues stantes secus stagnum. Piscatores autem descenderant: et lauabant retia. Ascendens autem in unam naum que erat simonis: rogauit eum a terra reducere pusillum. Et sedens: docebat de naui turbas. Ut cessauit autem loqui dixit ad simonem. Duc in altum: et laxate retia uestra in capturam. Et respondens simon: dixit ei. Preceptor: per totam noctem laborantes nichil cepimus: in uerbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecisset: concluserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt socios qui erant in alia naui: ut uenirent et adiuuarent eos. Et uenerunt: et impleuerunt ambas naucilas: ita ut mergerentur. Quod cum uideret simon petrus: cecidit ad genua iesu dicens. Exi a me: quia homo peccator sum domine. Stupor enim circumdederat eum et omnes qui cum illo erant in captura piscium quam cepant: similiter autem iacobum et iohannem filios zebedei qui erant socii simonis. Et ait ad simonem iesus. Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram naubus: relictis omnibus secuti sunt eum. Dominica vi. Ad Romanos.

Fres. Quicumque baptizati sumus in christo iesu: in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti eum sumus cum illo per baptismum in mortem: ut quomodo surrexit christus a mortuis per gloriam patris: ita et nos in nouitate uite ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini